

Alte Drucke

**CONFESSIO FI=||DEI CATHOLICAE CHRISTIANA
AV=||thoritate Synodi prouincialis quæ habita est
Petr=||couiæ Anno M. D. LI. Mense Iunio ædita: || ...**

Hosius, Stanislaus

Cracoviae, 1553

QVOD SCRIPTVRA NIHIL EST CERTius, quodque certus ex ea sensus elici
possit. Caput. XVII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150329

QVOD SCRIPTVRA NIHIL EST CER

tius, quodq; certus ex ea sensus elici possit.

Caput.

XVII.



QVOD vero certi aliquid è scripturis elici nō possit, hoc nemo dixit vnquam Christianus, quin illud etiam indubitatum habet Ecclesia nihil esse scriptura certius. Est enim diuinitus inspirata, neq; voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sc̃ti dei homines. Quā obre adeò firmiter habuit persuasum semper Ecclesia, nihil scriptura, neq; verius esse, neq; certius, vt & quā auribus audiuntur, & quā oculis videntur, & quā manibus contre ctantur, ea non æque certa iudicet, atq; illa, quā in scripturis continentur. Hinc est, quod in venerabili Eucharistiæ sacramento non oculis fidelium quisquam, non gustui, nō tactui credit, sed credit verbo Dei dicentis: Hoc est corpus meū. Dicat Zuinglius, dicat O Ecolampadius, dicat Calvinus, hoc significat corpus meum, aut hæc est figura corporis mei, non credit Ecclesia, nisi Christo in Euangelio dicenti, hoc est corpus meum. Tanta est apud illam scripturæ certitudo. Cælum & terram transitura citius crediderit quā vt vel hæc, vel alia queuis illius verba pessum ire queant. Sed quin è scriptura, quā ipsa vera est et certa falsus elici sensus queat, quis est qui ire inficias audeat: cum de ijs ipsis tribus verbis hoc ipsum factum esse infelici hoc æuo nostro videamus. Nam cum planam, apertam, & omnibus expositam scripturam esse velint, sicut certè in ijs verbis

2. Timo. 3.
2. Petri. 1.

Matthæi. 26.

Lucæ, 22.

bis

2. Corinth. 10 bis Vel ipsa luce clarior est, modo captiuet aliquis intellec-
 tum suum in obsequium Christi, tamen intra vnius ciuita-
 tis moenia septem sectæ de tribus hīs verbis natæ esse com-
 memorantur. Non quod certum sensum ex eis pridem Ec-
 10. 14. clesia non eliciuerit, sed quod non defuerint, quibus nō pla-
 cerent nisi singulares intellectus. Sic ex alijs Christi verbis
 pater maior est me, certū sensum elicit Ecclesia: quæ, quæ-
 tenus exinaniuit semetipsum Christus formam serui acci-
 Philip. 2. piens, in similitudinem hominum factus, & habitu inueni-
 tus vt homo, maiorem eo patrem fuisse confitetur: quate-
 nus autem in forma Dei est, Deus ipse & Dei filius, æqua-
 lem eum esse patri asseuerat: Verum Ario non satisfecit hic
 Ecclesiæ sensus, singularem suum intellectum attulit, ac p-
 omnia patrem esse filio maiorem asseuerauit. Si quis expli-
 care conatus esset qua parte inferior, qua parte filius æqua-
 lis esset patri, tanquam humanas traditiōes afferentē pror-
 sus eum respuebat, neq; audiendum esse putabat: non alio
 semper, quam ad scripturas prouocabat, subinde & ipse
 vociferans, verbum domini, verbum domini: Euangelium
 Euangelium. Ostendi sibi ab Athanasio postulabat, vbi
 scripta vox hæc *ὁμοούσιος* in Euangelio reperiretur, quod
 extra scripturas nihil esse recipiendum diceret. Non ergo
 nulla est in scripturis certitudo, sed verum est quod ab Hi-
 Li. 2. de Tri. lario dictum est: Forma fidei certa est, sed quantum ad hæ-
 reticos, omnis sensus incertus est. Certus est ergo scriptura-
 rum sensus in Ecclesia, sed in priuati hominis intellectu tā-
 to minor est certitudo, quanto suæ magis innitens prudenz-
 tiæ, suum admirans ingenium, atq; ideo semetipsum segre-
 gans

gans non Ecclesiæ, sed suum spiritum sequitur, dum singu-
larem aliquem intellectum antea in Ecclesia non auditū
adferre conatur. Quod faciunt homines audaces, sibi pla- 2 Petri. 21
centes, qui sectas non metuunt introducere, dum nihil eis
placet quod receptum, & quod est Ecclesiæ iudicio com-
probatum. Non itaq; nutat verbum Dei in Ecclesia, neq;
nihil è scripturis elici certi potest, sed quod de Paulinis epi- 2 Petri. 3
stolis dicit Petrus, esse in eis quædam intellectu difficilia,
quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scrip-
turas ad suam ipsorum perditionem, hoc de cæteris quoq;
scripturis recte dici posse manifestum est. Neq; propterea
dubitationis & fluctuationis aculeus animis fidelium infi-
gitur, quòd è scripturis protulit sententias Arius, quas ipse
iudicauit inexpugnabiles, cum tamen Ecclesiæ authorita-
te sint expugnata: sed ex eo potius discitur, in scripturis in-
terpretandis non debere quenquam ingenio suo fidere, nò
debere suum priuatum & singularem, sed Ecclesiæ sensum
& consensum sequi.

QVOD NON LICEAT AD SVAM CV-
içq; mentem scripturam accommodare.

Caput XVIII.



ERVM hic iterum queritabuntur Marti-
ni, verbum nos ad Ecclesiam accommodare
velle, cum Ecclesiam ad verbum accommo-
dari potius oporteat. Nos vero non hoc volumus, quin rē
indignam esse iudicamus, ad Martinorum sensum acco-
modari verbum, & secundum eorum dogmata scripturas

H

torque-